

ebori maculoſo, ut uult Dioscorides eſſe lapidem  
Arabicum. Secundò reperitur apud nos ſubniger,  
qui ſatis lucidus non eſt. Tertiò reperitur apud  
nos candidiſſimus, qui maximè trāslucet, unde o-  
lim fiebant fenestræ. Et iſ eſt ſelenutes de quo in frā.  
Quartò reperitur apud nos in Saxonia ebori fi-  
nulis, qui eſt Arabicus Pliniij. Quintò reperitur  
nigris aut rubris maculis, qui etiam Dioscoridis  
eſſe poſſit lapis Arabicus. Albertus lapidis ſpecu-  
laristam̄ tres facit ſpecies: unam uidelicet lue-  
cidam ut uitrum, unde fenestræ fiunt: alteram nu-  
gram, ſicuti atramentum: tertiam citrinam, quæ  
dicatur auripigmentum uel arsenicum. Uerum eſt  
quòd Arabes, ut ſuprā docuimus libro ſecundo, ar-  
ſenicum uel auripigmentum natuum dixerunt eſſe  
ſimile ſpeculari lapidi, reſpiciens ad crufas. Sed  
lapis ſpecularis quamvis citrinus, non eſt ſimo-  
pliciter auripigmentum, ut hic uult Albertus ex-  
rans. Lapis ſpecularis ipsam pinguitudinem non  
habet auripigmenti. Et quid ſtultius fermè, quam  
auripigmentum confundere cum lapide ſpeculari,  
in quibus nulla eſt ſimilitudo, præter in crufis?  
Eſt uero hic ſpecularis, in ſignis lapis, et humor  
quasi concretus terræ, qui non reſoluitur: et dum  
eſt humor terræ crystalli modo glaciatus, et in la-  
pidem induratus, nostri eum propterea lapide uo-  
cant glaciem Marie. Quidam dicunt quòd ſi ros

N 4